Rozprawy
de panowania Jana Kazimierza
króla polskiego
odnoszące się

Od Bartynow. za 5 złt.

Carolus Gustavus 17 *r)* S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 *s)* Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

Paulli Jacob Henrik 19 *t)* Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 *u)* Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

Frischmann Johann 21 *v)* Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 *y)* S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

Frischmann Johann 23. *z)* Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 *aa)* Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 *bb)* Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 *cc)* Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

Frischmann Johann 27 *dd)* Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 *ee)* Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29. *ff)* Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30. *gg)* Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

Rapp Christoph 31 *hh)* Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 *ii)* Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

Frischmann Johann 33 *kk)* Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 *ll)* Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam oblata Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes omnis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1611. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallico juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. Pękalski Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epis. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. Peterek Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, prz. J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl. br. —

1775. Petricius Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77) *b)* Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. Piasecki Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3 br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracovia 1635. 4to. (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac potentiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos conc[e]cta Olivae 1660. 4to (str. 22)

1 b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

2. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b. m. 1652. (k. n. l. 10)

3. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)

4. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Casell. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, quid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cusini 1657. (str. 11)

5. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

6. g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

7. h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 1658. (str. 19)

8. i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Epist. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

9. k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Posnan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Ord. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 1658. (str. 4)

10. l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elect. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

11. m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloniae et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

12. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. b. m. 1657. (str. 45)

13. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, primum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

14. p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussionis. b. m. 1658. (str. 16)

15. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

BREVIS DISCVSSIO
Querelarum,
Quæ per REGIS *Christianissimi*
LEGATOS ET INTERNVNCIOS
Contrà
Augustissimum Imperatorem
FERDINANDVM III.
Postque eius Mortem,
Contrà
Ipsius FILIUM Serenissimum
HVNGARIÆ ET BOHEMIÆ
REGEM,
Collegio Electorali, *simulq́* Ordinariis Imperii
Deputatis Francofurti Congregatis,
propositæ sunt.

ANNO DOMINI

M. DC. LVII.

Quæritur.

AN Imperator FERDINANDUS III. contra Instrumentum pacis Westphalicæ fecerit, cùm An. Dni. 1656. Militiæ suæ Præfectum Enkefortium cum 12. circiter Millibus Militum in Italiam contrà Ducem Mutinensem Militiæ Gallicæ Præfectum misit: cumq; hunc à partibus Gallorum abstrahere non poterat, Ducem quoq; Mantuanum Vicarium Imperij per Italiam constituisset, Eiq; potestatem Exercitus sui Cæsareani commisisset, ut auxilia Hispanis pro defendendo Ducatu Mediolanensi contrà Gallos præstaret?

Galli affirmant Libellis eà caussa Accusatorijs Collegio Electorali, simulque ordinarijs Imperij Deputatis Francofurti adhuc post mortem Cæsaris subsistentibus oblatis.

Austriaci hoc negant, atq; Imperatori defuncto Ejusq; filio LEOPOLDO Hungariæ & Bohemiæ Regi summam fieri injuriam asserunt.

Pro parte Gallorum.

Varij in tabulam proferuntur prætextus, Jactationes, persvasiones, Imaginationes, obtrectationes & Argumenta, quibus non tantum, misso in Italiam integro, ut ajunt, Exercitu, sed & deductis in Belgium Equitum Peditumq; integris Legionibus pacem à D. FERDINANDO Imperatore Ejusq; filio diversimodè violatam esse probare nituntur. Quorum omnium summa sequentibus constat allegatis.

Primò dicunt: Dispositionem Instrumenti Pacis Germano-Gallicæ §. Et ut eò syncerior, &c. ita intelligendam, ut nec Imperatori defuncto nec toti Domui Austriacæ, nec ordinibus Imperij licitum sit, aut esse possit, non modo bello cum Gallis durante, Hispanos juvare, sed nec permittere, ut Milites Germani Militari Sacramento soluti in illorum partes transeant, operamq; militarem præstent. Nec Imperator aut ordines bellis tum temporis non tantum in Circulo Burgundico Imperij versantibus: sed etiam ubicunq; & quandocunq; in alijs directè qui-

dem ad Imperium ratione tamen utilis Dominij ad Hispanos pertinentibus terris orirentur, immiscere se possint.

Secundò dicunt: Contrà hanc dispositionem Imperatorem, & post Ejus mortem Hungariæ & Bohemiæ Regem peccâsse, quod impulsu & suasu Hispanorum Milites in Belgium & in Italiam contrà Gallos miserint.

Tertiò dicunt: Hoc non tantum Paci Monasteriensi, sed etiam Capitulationi Cæsareæ, qua cavetur, Imperatorem absq; Electorum præscitu & consensu bellum movere non debere, contrarium esse.

Quarto dicunt: Hispanos hoc ut fieret, arrogando sibi tantam potentiam in gubernando Monarchicè Romano Germanicum Imperium effecisse: suaque auctoritate tantopere abusos, ut immemores Germaniæ Calamitatum, eademque mala renovandi studio Imperatorem Ejusque Filium adhæc talia impulerint.

Quintò dicunt: Regem Christianissimum nullam hisce motibus & conatibus ansam vel caussam dedisse. Nam oculis omnium obversari, quæ fuerit suæ Regiæ Majestatis in danda & sanctè colenda tuendaque Imperij pace mens & ratio: Qua Virtute, posthabitis rebus & commodis suis, qua pietate ergà Dei gloriam (cui plurimum damni diuturnior Bellorum motus inferre poterat) prætermiserit, uberrimos, quos ex Armorum sorte jam ceperat, majoresque sperare poterat in Germania fructus, si Hostes suos, quorum res sæpè fuerint desperatissimæ, ad extrema compulisset: Qua denique animi magnitudine & moderatione pacem, conjuncta tot oppidorum at Arcium extraditione redemerit.

Sextò obtendunt Pacem Monasteriensem, esse juratam (jurejurando scilicet firmatam) Hanc cum Imperator Ejusq; Filius Hungariæ & Bohemiæ Rex non servârint, perjurij reos esse.

Tandem in conclusione statum Imperij præsentem, id est ἀκέφαλον, Judicem contrà Hungariæ & Bohemiæ Regem totamq; Domum Austriacam hiscè inclytis Regnis, cæterisq; Hæreditario jure ad se spectantibus Provincijs Imperitantem constitutum volunt. Cujus Judicio in genere ad satisfaciendum omnibus nomine Gallorum, Svecorum, Sabaudorum & Mutinensium gravaminibus propsitis condemnari debeat.

In specie verò nomine Gallorum hæc postulata annectunt.

1. Ut indilata Germanici Exercitus ab Italia fiat revocatio.
2. Mantuani Ducis Vicariatus Imperij in Italia abrogetur.

3. Præcipiatur eidem sub pœna reatus fractæ pacis, Trini restitutio Duci Sabaudiæ intra certum Terminum.

4. Statuatur investituram Montisferrati ex Instrumento pacis debitam Duci Sabaudiæ, nullo sub prætextu posse differri.

5. Declaretur nullitas Actuum Aulæ Imperialis (si qui fuerint) in Ducem Mutinæ.

Pro parte Augustissimi Hungariæ & Bohemiæ Regis Domusq; Austriacæ.

Primò omnium in memoriam revocandum est, quàm graviter quamque evidentissimis argumentis in Tractatu illo Münsteriensi nomine Sacræ Cæsareæ Maiestatis FERDINANDI III. Gloriosissimæ recordationis, totiusque Domus Austriacæ multoties demonstratum fuerit, contrà jus & fas, contrà datam fidem à Gallis postulari, ut Alsatia, quatenus ad Domum Austriacam antiquissimo jure spectabat, Regi Regnoque Galliæ cederetur: Itemque auxilia Regi Hispaniarum pro defendendo & conservando Circulo Burgundico, Feudisque ad Imperij Romano Germanici sublimitatis jura pertinentibus denegarentur. Quantaque indè incommoda, quanta deterioratio, quanta utilitas, quantusque contemptus paulò post, non Imperatori tantum sed & omnibus Sacri Romani Imperij Electoribus, Principibus & Ordinibus imminere viderentur.

Nam quod ad denegandam Gallis Alsatiam attinet. Constat primò nomine Regis per ejus Oratorem Fequierium in Conventu quorundam Imperij Ordinum Francofurti ad Mœnum habito die 11. Junij Anno Dni. 1634. scripto & voce promissum, quod Rex suus ob præstationem auxiliorum nullam planè recompensationem, aut retentionem Locorum armis occupatorum prætendere vellet. Sed omnes ad Imperium pertinentes Provincias, Ditiones ac Terras, Alsatiamque nominatim, in eo statu dimissurus esset, quo ante enatum novissimum hocce bellum fuissent. Nihil enim aliud Regē suū ob præstita auxilia desiderare, quàm ut laudem & gloriam conservatæ & protectæ (verius *Protritæ*) Libertatis Germanicæ promereatur.

Deindè constat Alsatiam istam tum temporis tantum ad Serenissimi quondam ArchiDucis LEOPOLDI piissimæ Memoriæ Liberos spectasse, à quibus sanè nec contrà Augustanæ Confessionis Status seu Ordines, nec contrà Regem Regnumque Galliarum ullæ Hostilitates bellicæ peractæ fuere.

 Quin

Quin potius præfatus ArchiDux adeò diligenter ab omnibus Hostilitatibus abstinuerat, ut ad componendas illas primas controversias, ob quas postea acerbius bellum incruduit, cum alijs nonnullis, Arbiter & Mediator delectus fuerit.

Quæ cum ita sint, satis evidenter concludendum erat, Regem Galliarum nec ab isto Serenissimo ArchiDuce, nec ab ipsius Liberis ullo unquam tempore læsum aut offensum, nullam prorsus justam habuisse Caussam, Alsatiæ illas ad Domum Austriacam pertinentes Ditiones eripiendi & suo Dominatui subijciendi. Quæ certè Consideratio à Dominis Mediatoribus, sedis Apostolicæ Nuncio, moderno Summo Pontifice, itemque Oratore Veneto, Gallis adeò instanter ob oculos posita fuit, ut cum ad restituendum ablata permoveri se non paterentur, tamen Conscientia nonnihil stimulante postremò solutionem Trium Myriadum Librarum Turonensium, loco recompensationis spoponderint. Sed quomodo & ista promissa hactenus eluserint, paulo inferiùs demonstrabitur.

His accedebat, quod cum Sacri Rom. Imperij Ordinum Legatis & Plenipotentiarijs Münsterij congregatis sæpius considerandum esse proponeretur, Gallos sola & nuda Alsaticarum istarum ditionum detentione contentos non fore, sed hoc in sinu fovere, ut datis temporum occasionibus totum Rheni tractum, in suam redigere potestatem, ejusque accolas, inprimis verò, Eminentissimos & Serenissimos Electores, Moguntinum, Trevirensem, Coloniensem & Palatinum sibi adeò devinctos & obnoxios reddere possint ac valeant, ut omnia sua Consilia, reique publ. Negocia ad nutum arbitriumque Gallorum dirigere cogerentur: Tandem his diligenter ac prudenter expensis, Unanimi Trium Collegiorum sententia decreverant, tam immeritam, damnosam & periculosam alienationem Ditionum ad Imperij Romano Germanici sublimitatem spectantium, minimè permittendam fore. Persuasi Gallicos plenipotentiarios tandem aliquando ordinum Sacri Rom. Imperij sententiæ acquieturos, quos literis Anno Domini 1644. emanatis ad congressus istos Münsterienses & Osnabrugenses adeò instanter & vehementer concitaverant, promittentes disertis verbis. *Quod in Mandatis habeant, ut Procerum ordinumque Imperij non solum Consilio (Quanquam hoc maxime) verum Iudicio quoque utantur. Nihil inscijs ipsorum Legatis de rebus Germaniæ aut deliberent, aut statuant.*

Sed mox animadversum etiam hanc novam & per omnes Imperij Circulos divulgatam promissionem vanam, dolosam ac fallacem fuisse, ut nimirum hujusmodi pollicitatiunculis ac speciosis oblationibus tandem Ordinum Legatos & Mandatarios inter se collidèrent, sibi obnoxios redderent, suisque ambitiosis & iniquissimis postulatis locum dare cogerent.

Contemptis igitur Ordinum decretis Alsatia Austriaca, cum Præfectura Imperiali Civitatum Alsaticarum sibi adscripta: Extorto Episcopo Spirensi Castro

illo Philippiburgo: re & facto hactenus palàm fecêre, quomodo sub specioso illo prætextu, *Protegendæ Germanorum Libertatis*, jura novi Dominatus quaquaversum extendi satagunt, adeò ut jam toti Collegio Electorali leges præscribere non vereantur, quem Sacro Romano Imperio Regem & Imperatorem præficiendum velint.

Quæ deindè Gallorum mens & intentio fuerit, cum Imperatori Ordinibusq; Imperij facultatem omnem præcisam vellent defendendi totum Circulum Burgundicum antiquitùs, & Anno Domini 1548. noviter cum Imperatore Carolo V. inito pactionis jure ad Sacri Romani Imperij Monarchiam spectantem, Ducatum Mediolanensem, cæterosque Italiæ Principatus jure feudi Eidem subjectos, jam novem integris Annis post conclusam illam pacem Mûnsteriensem continuato adversus Hispaniarum Regem, istarum Provinciarum intuitu Germaniæ & Romani Imperij Principem & Vasallum bello satis superque testatum fecerant.

Ut enim omnes hosce ditissimos & Nobilissimos Principatus à Sacro Rom. Imperio avellere, sibique adscribere possint, sibi solis licitum esse prætendunt, integros è Germaniâ conscribere Exercitus, Italicos Principes Imperij Feudatarios adversus Imperatorem, suosque Convasallos concitare, ut tandem omnibus ad se raptis Imperium Romano Germanicum funditùs delere, sibique Orbis Terrarum Monarchiam attribuere possint. Quasi verò Caroli Magni Imperium sibi solis novitèr instaurare satis destinatum sit, ut nonnulli Gallici Scriptores præsagire gestiunt.

At verò cum hujusmodi pessimæ consequentiæ per Sac. Cæsar. Maj. Domusque Austriacæ Plenipotentiarios sæpius ob oculos ponerentur, ac præsertim tum temporis, cum Gallicus Plenipotentiarius Comes Serviennius, spreto ad tractandam Pacem condicto Mûnsteriensis Civitatis loco, Osnabrugis, contra præliminaris Conventionis dictamen, Ordinum Imperij Legatos, & Mandatarios ad consentiendum in illum de deserendo Circulo Burgundico conceptum Articulum, cæterosque Ambitioni & Cupiditati Gallicanæ servientes, coegisset, evidentissimè demonstratum fuit, multa hinc successu temporis contra summam Imperatoris autoritatem, fidemque Imperio debitam, contra Imperii Conservationem, contra ipsorummet Ordinum Libertatem, Dignitatem & Statum enascitura esse mala.

Nec enim fidendum esse verbosis illis Gallorum pollicitationibus, quibus Germanorum LIBERTATIS Patronos tantopere se venditare cupiant. Nam protectionis & Patrocinij illa sustentacula quæ ab externis Magnis Principibus aut Regibus offeruntur alieno Imperio subjectis, instar hami esse, quo è reti illius piscando extracti, suo tandem Dominatui subjiciantur.

Collegij Electoralis Plenipotentiarij, gravissimis hujuscemodi remonstrationibus diligenter expensis, voce & scripto 5. Octobris Anno 1648. declarârunt, Collegij Electoralis, cæterorumque Ordinum mentem non esse aut fuisse aliam, quàm ut super restrictione præstandi auxilij pro Circulo Burgundico sollicitè & cautè procederetur, hæcque dispositio juxtâ tenorem Aureæ Bullæ, Capitulationis Cæsareæ communiumque Imperii Constitutionum dirigeretur. Quo sensu etiam libera potestas permittendi militum delectus in Imperii Ditionibus & provincijs comprehenderetur. Indeque non modo Imperatori, ut Imperatori, sed etiam ut ArchiDuci Austriæ omnia quæ cæteris statibus secundum prædictas Leges & Constitutiones convenirent, licita esse.

Nec quo ad hoc Gallis plus facultatis per Romano-Germanici Imperii Provincias, quam ipsismet Hispanis concessum judicari oportere, sed quicquid alterutri de conscribendis militibus opus esse videretur, juxtâ Imperii Constitutiones haud denegandum fore. Id enim Libertati Germaniæ conveniens esse, ut in Sacri Rom. Imperii Principum & Ordinum libero relinquatur arbitrio, tam Hispanis, quàm Gallis facultatem conscribendi milites, servatis publicis Legibus, permittere.

Denique cum Vautortius proximis Comitijs Ratisbonæ celebratis inter cæteras suas querelas, etiam hanc proposuisset, contra Legem Pacis Münsteriensis, prædicto illo Paragrapho, *Et ut eò sincerior &c.* comprehensam facultatem deligendi & conscribendi è Germania milites Hispanis permissam, integrasque legiones peditum, Equitùmque Turmas in Belgium deductas, idque nec Cæsari nec Ordinibus licitum esse contenderet. Communi Electorum, Principum, Reliquorumque Ordinum, sententia decretum, sacræque Cæsareæ Maj. die 14. Martij Anno Domini 1654. expositum fuit. Quod hujusmodi querelam nomine Regis Christianissimi propositam attineret, satis superque ex Sacri Romani Imperii constitutionibus, usuque & observantia continua, ac nullatenus interrupta consuetudine constare, Inclytæ Germanorum nationi Exterorum Regum, Principum, rerumq; publicarum militiæ nomen dare, eorumque nomine milites è Germania conscribere, ad eorum usus & servitia educere, salvis tamen Imperij constitutionibus in ijsdemque contentis conditionibus & præstationibus nulla ratione denegari aut prohiberi posse. Nec ullam aliam in Tractatu illo Münsteriensi intentionem, sensum aut mentem fuisse.

Quæ cum ita sint, necessariò inde sequitur, nec defuncto Cæsari, nec ejus filio Augustissimo Hungariæ & Bohemiæ Regi instar fractæ pacis imputari posse, quod tùm milites à se dimissos, Hispanorum in Belgio & in Italiæ Bellum haud offensivum, sed defensivum gerentium militiæ adscribi, tùm noviter non in Hæreditarijs duntaxat Augustissimæ Domus Austriacæ Regnis, ArchiDucatibus &

Provin-

Provincijs, verum etiam in aliorum Sacri Romani Imperij Ordinum Ditionibus, sive turmas, sive cohortes, sive Legiones Peditum equitumque usitatâ deligendi consuetudine conscribi, atque in servitium suum è Germania educi permiserint. Hoc enim permissu Cæsaris fieri posse, in Constitutione Imperiali Anno Domini 1576. Spiræ edita expresſè continetur.

Nimirum quod imposterum unusquisque externus Princeps aut Rex cujuscunque nominis ille sit, qui in Imperio Romano-Germanico milites conscribere, suis necessitatibus procurandis adhibere desideret, ante omnia Cæsari necessitatem suam proponere, delectuum instituendorum permissionem rogare, quod & quantos milites, eorumque Tribunos, Capitaneos, centuriones conscribere velit explicare, simulque stipulata fide promittere debeat, militiam hoc modo conscriptam nullatenus contrâ Imperatorem, Electores, Principes, & Ordines Imperij, eorumque Vasallos, subditos & clientes usurpatum, Abductu, transitu, aut recessu neminem gravatum: pro Hospitijs aut alimentis hinc inde præstitis, quibus oportet satis factum: Nec Lustrationes, nec exauctorationes, nec secessiones per Imperij Ditiones, & Territoria tentatum iri.

Hispani hæc omnia mox post conclusam pacem cum exauctorata maxima Imperatorij exercitus parte, aliquot Peditum equitumque Turmas & cohortes sibi operam militarem ultrò præstare velle cognitum perspectumque haberent, solidissimè observarunt, nihil insalutato Imperatore cœperunt, neminẽ Imperio obnoxium læserunt: milites è Germania collectos, suas tantum Rom. Imperij Monarchiæ maximam partem subjectas & addictas Provincias defendendi causa eduxerunt. Galli autem hæc omnia contemptu summo neglexerunt. Nunquam ab Imperatore, ut milites conscribendi Licentiam daret, quâ decebat, reverentia, postulârunt. Suo tantum arbitratu, non gregarios solum milites, sed & viros Principes, Comites, Barones & Nobiles in suas illexerunt partes, eorumque consilio & opera non modo extrâ sed multò magis intrâ Imperij fines & Limites, contra ipsum Cæsarem, totiusque Domus Austriacæ splendorem, dignitatem, gloriam, honorem, jura & fortunam abusi sunt, Id quod actis publicis facillimè demonstrari, omniumque oculis testatum fieri potest.

Cæsar injustam illam in §. Et ut eò sincerior &c. lege sibi Gallorum Importunitate obtrusam conditionem (ne scilicet, Hispanis de conservando suo in circulum Burgundicum avito jure, auxilia præstaret) nunquam fregit, nunquam subauspicijs aut signis suis in Belgium, aut in Italiam, antequam Dux Mutinensis terminos Homagij & jurisjurandi Feudalis transgrederetur, ullas militum Legiones, Turmas aut cohortes misit; sed solum ut ab ijs quibus opus erat, conscriberentur, juxta Imperij constitutiones d. §. minimè sublatas permisit. Nihil ergò peccavit contra pacem Mûnsteriensem,

Esto: Gallis hoc in Phantasiâ residere, quod non tantum exercitum integrum aut partem exercitus subsignis Cæsareanis aut Austriacis Hispanis auxilio mittere, sed etiam facultatem conscribendi milites permittere prohibitum videatur. At verò penes ipsos non est, hanc interpretationem conditioni suo tantum arbitratu, ab omni humanitate alieno, Imperatori, Electoribus, Principibus ac ordinibus Imperij adeò violenter impositæ adfingere. Nam in dubio isto sensu, magis est (inquit Hugo Grotius in suo Tract. de Jure pacis & Belli lib. 3. Cap. 20. num. 26.) ut contra eum fiat interpretatio, qui conditiones elocutus est. Quod esse solet Potentioris (*Est ejus qui dat, non qui petit, conditiones pacis dare*) ait Annibal. sicut & contra venditorem fit interpretatio. Habet enim quod sibi imputet, qui non apertius locutus est: Alter autem quod plures sensus recipiebat, id suo jure accipere potuit, in partem sibi utiliorem. Hiscè fundamentis Juris ac Justitiæ amans, primæ & secundæ Gallorum objectioni satisfactum esse fatebitur.

Transeamus nunc ad Tertiam, quæ Imperator neglectæ suæ Capitulationis Cæsareæ accusatur, quasi bellum inconsultis Romani Imperij Electoribus, misso in Italiam exercitu Gallis intulisset. Sed & hanc objectionem nullius esse momenti, ex sequentibus patebit.

Supra enim probavimus in §. illo, Et ut eò sincerior &c. assistentiæ licentiam, quo ad Terras seu ditiones & Provincias ad Hispaniarum Regem pertinentes, Romani tamen Imperij sublimitati subjectas restringi tantummodò ad circulum Burgundicum. Hoc enim textus claris indicat verbis. Nullamque prorsus provinciarum feudalium Italiæ mentionem facit. Non ergò in arbitrio & potestate Gallorum stat, interdictum illud assistentiæ à se excogitatum, cervicibusq; Cæsaris & Imperij impositum, ad feuda Imperij in Italia sita extendere: Pacta enim hujusmodi stricti juris sunt, & ad ea quæ expressa non sunt, extendi nec debent nec possunt. Quin & hanc ipsam Plenipotentiariorum Gallicorum mentem fuisse, indè palàm fit, quod sub finem Instrumenti pacis Germano Gallicæ hanc clausulam adjungi curaverint.

Ducibus quoque Sabaudiæ & Mutinæ, quod pro Rege Christianissimo in Italia Bellum gesserint, & etiamnum gerant, nullum unquam adferat præjudicium.

Hanc sanè cautionem hîc subjungi minimè opus fuisset, si denegatio illa assistentiæ superiùs allegata adeò universalis fuisset, inque omnia feuda & Vasallos Italicos extendi potuisset aut debuisset.

Quod autem ad hanc cautionem attinet, Sac. Cæs. Majestas satis superque testatum fecit, Eminentissimis & Serenissimis Sacri Romani Imperij Electori-

bus

bus se Duci Mutinensi ob bellum pro Gallis in Italia, tractatu pacis Munsteriensis durante, & tandem ad conclusionem perducto, gestum, nullam prorsus litem movisse. Sed cùm ipse mox post conclusam pacem, omni in Hispanos hostilitate abstinere cæpisset, seque eorum socium & amicum professus bellum illud pro Gallis ante initum pacis Tractatum, & ipso conclusionis tempore gestum prorsus sustulisset. Adeò ut ab Anno Domini 1649. usque ad initium Anni 55. nulla prorsus Hostilitas inter ipsum & Hispanos Ducatum Mediolanensem defendentes intercesserit; Donec ruptis postea initæ amicitiæ pactis, denuo novum militem conscribere, Gubernatoremque dicti Ducatus effictis calumnijs irritare, armis lacessere, bellumq; inferre cæperit.

Hujus infidelitatis & summæ ingratitudinis cum apud Cæsarem utriusque feudi Mediolanensis & Mutinensis Ducatuum directum & supremum Dominum jure meritò accusaretur, sua Majestas eum primo omnium familiari Epistola, ut ab hujusmodi perniciosis actionibus abstineret, perhumaniter admonuit: sed cum suam Majestatem nullo responso dignatus exercituque Gallico stipatus, Ducatum Mediolanensem invaderet, edictumque dehortatorium paulò post sibi insinuatum palàm contemneret, justam sanè caussam habuit Imperator mittendi Copias suas in Italiam, ut Ducem prædictum tandem aliquando ad obedientiam & paritionem compellere, Ducatumque Mediolanensem contra adeò injustas invasiones & devastationes defendere, sacroque Romano Imperio conservare posset.

Nihil hîc peccavit pijssimus Imperator, contra Capitulationem Cæsaream, contra Imperij constitutiones, contra jus naturæ & Gentium. Nam quod ad Capitulationem Cæsaream attinet, nullibi per totum ejus contextum, statutum videat, Imperatorem permittere debere, ut Vasallus Imperij, contra mandata Imperatoris, suum Convasallum hostiliter aggrediatur, bello invadat, Feudumque ab illo possessum, devastet, abripiat, atque extero Regi aut Principi subijcere annitatur.

Articulo Octavo Capitulationis hoc potius statutum legitur.

Ut Imperator, Electores, Principes & quoscunque alios contra spoliatores, absque omni mora in possessione rerum ad se pertinentium defendat, spoliatosq; restituat ac tueatur in omnibus quæ de jure & Iustitia ad ipsos pertinent.

Articulo nono hoc insuper additur.

IMPERATOREM, omninò curaturum, ut feuda quæ in Italia ad Imperium spectabant, sed incerto eventu hinc indè distracta Imperiique sublimitati extorta fuerint, recuperentur atque in pristinum statum restituantur.

Ergò multo magis cavere debet, ne illa quæ adhuc ab Imperio dependere ejusque superioritati subesse dignoscuntur, per violentas invasiones in Exterorum Principum Dominatum transferantur.

Articulo quidem Undecimo statuitur.

IMPERATOREM, Pacem & amicitiam erga vicinos externos, Christianæ Religioni addictos, Reges, Magnates, Principes & respubl. colere & conservare, nullasque contentiosas litigationes, aut in bellum apertum emersuras controversias absque præscitu, & Consilio Collegij Electoralis movere debere.

Et si quis Ordinum aut statuum Imperij tale quidpiam ausit, exterumque militem intra Imperij fines persequendæ suæ seditiosæ intentionis caussa induxerit, id cum Imperatoria severitate præcavendum ac castigandum: Sed & Imperatori permissum esse debere, si quis ipsi aut Imperio Hostilitatem aut bellum inferat, ut ejusmodi conatibus, quibusvis auxiliis & suppetiis sese opponere possit.

Huic dispositioni si casum nostrum accommodemus, nihil indè inferri potest, quod ab Imperatore peccatum esse videatur: Imperator nec Regi Christianissimo nec Duci Mutinensi bellum indixit, nec ut indiceret, unquam in animo habuit. Hoc solum perpendit, ut Imperij fines, limites, Vasallos, in casibus pace Münsteriensi non prohibitis, defenderet, violentos aggressores justis Armis arceret, audaciamque nimis temerariam Vasalli cum externo hoste conspirantis reprimeret.

Quod si Dux Mutinensis monitis & dehortationibus supremi sui Domini obtemperasset, Rexque Christianissimus tam illustre Sacri Romani Imperij feudum contra Jus & fas bello aperto aggressus non fuisset, nunquam Imperator de inferendo ipsi bello cogitasset: Etiamsi adversus Regnum Neapolitanum totamque Hispaniam arma sua cum Gallis conjunxisset.

Haud multò minori jure suæ Cæs. Maj. intentionem Serenissimus Hungariæ & Bohemiæ Rex post mortem Augustissimi patris prosecutus est. Etsi enim Imperatoria dignitate non fungatur, jure tamen naturæ & Gentium obstrictus est, ut parietis proximi ardentis incendium extinguat, Agnatum in possessione Legitimi feudi contra temerarios Aggressores defendat, sibique temporis successu spem ad se suamque familiam recasuri tam nobilis feudi conservare possit.

Satis superque enim constat Gallos à tempore Francisci primi Regis sui nihil aliud in mente inque cogitationibus suis aluisse, quam ut rapto Mediolanensi Ducatu toti Italiæ sibi subjugandæ terrorem incutere, Principumque Austriacorum Ditionibus adjacentibus leges quas liberet, præscribere possent.

Id ut

Id ut dormiendo, oscitando, omniaq; cauti Principis officia negligendo, Aug. iste Rex permittat, nec in Capitulatione Cæsarea, nec in Constitutionibus Imperij, nec in pace Westfalica cautum reperitur. Nec etiam liberrimo Regi & Principi conveniens esse potest.

Putat Rex Christianissimus sibi licitum esse, cum quibusvis Italiæ Principibus, Sacri Rom. Imperij Vasallis & Feudatarijs pactiones, conventiones & fœdera contrà Imperatorem, contrà Domum Austriacam, contrà quamlibet hujusmodi conspirationes detestantem inire. Vitio igitur Austriacis vertere non potest, si omni opera & studio hujusmodi noxios & damnosos Conatus avertere studeant ac procurent. Quod enim Galli sibi fieri iniquum putant, alteri facere non debent.

At verò persvasum volunt populo, hæc talia nec ab Imperatoris nec ab Hungariæ Bohemiæq; Regis cæterorumq; Austriacorum Principum ingenio procedere, sed solos Hispanos tantum auctoritatis & potenciæ in aula Imperatoris Regisq; nactos, ut hæc omnia solo illorum suasu & impulsu facta sint, nihilq; in rebus magni momenti Imperij statum concernentibus consultari effectuiq; dari posse, nisi Legati aut Oratores in Aula Imperatoris aut Regis Residentes consentiant, svadeant, adprobent, suæq; utilitati conveniens esse animadvertant.

Hæc sanè falsissima esse, nemo nisi perfrictæ frontis negare ausit. In rebus ad Imperij communem statum pertinentibus nulla unquam Oratori Hispanico in Aula Imperatoris indulta autoritas, nunquam ad consultationes hujusmodi admissus, nusquam hæc talia ipsius arbitrio aut consilio submissa: Postulata autem Ejus, quæ Domus Austriacæ separatam à publicis Imperij negocijs utilitatem concernunt audire, deliberare, quid factu congruum aut incongruum sit, quis Imperatori è familia Austriaca electo, hoc prohibeat? Conqueruntur Hispani per Legatos de injurijs sibi illatis, petunt administrationem Justitiæ, poscunt juvamen contrà vim & metum. Imperator ut Imperator rerum necessitate cognita, quod juri naturæ, Gentium, civili conveniens est, decernit, probat, exsequitur, quis improbet? Aula Parisiensis Anglorum, Svecorum, Hollandorum, Italorum, Venetorum, imò & Germanorum Legatis aut Internuncijs frequens est. Ergò inferre aut argumentari licet, totius Gallici Regni administrationem ab illorum suggestionibus, consilijs & svasionibus dependere? Nunquam hoc Magnifici illi Regis Christianissimi Legati æquo ferent animo.

Qua igitur fronte Imperatori aut Hispanis imputare audent? Certè durante isto novissimo bello Germanico, diversisq; de componenda pace insecutis tractatibus Hispanicorum Legatorum consilia, oppositiones, reclamationes, svasiones, demonstrationes, neglectas, rejectas, nullaq; ratione admissas fuisse, nemo facilè negare poterit, quisquis rerum gestarum seriem in memoriam revocaverit.

Jactationes quæ hîc annectuntur, Regem Christianissimum hiscè motibus ansam & caussam non dedisse: sed pacem Imperio concessisse, sanctè coluisse, singulari in DEUM pietate uberiores è Germania fructus armorum seu belli continuatione extorquere non voluisse &c. Verbosæ quidem sunt, sed re & facto inanes. Nam si funesti istius belli Germanici initia spectemus, nunquam Galli docere poterunt, sibi à Cæsare Domoq; Austriaca vim illatam, caussamvè datam, ut arma contra eam sumere, belloq; à Svecis suscepto se adsociare necesse haberent. An pietatis ergà DEUM colendæ caussa factum à Gallis censeri debeat, quod summam rei eò deduxisse juverint, ut Archi Episcopatus, Episcopatus omnes in quibus Catholicæ Religionis usus & status post natam dissensionem inter Sacri Rom. Imperij Electores, Principes & Ordines, vel extinctus vel interruptus fuerat, abjecta omni recuperationis spe & jure, non ijs tantum qui Germaniæ Principum Natalibus orti aliquatenus possederant, perpetim relinqui, sed & in exteros transferri debuerint, illi judicent, qui ex lege divina & canoida persvasum habuêre, istiusmodi Archi Episcopatus, Episcopatus, bonaq; Ecclesiastica omni jure soli Ecclesiastico cœtui catholicæ religionis restitui oportuisse.

Quantas ambages, quantas protractiones, quantas tergiversationes in tractanda, concludenda, exsequenda & conservanda pace millies ac millies in medium produxerint, si omnia ex actis & actitatis istorum Tractatuum conscribere ac legentium oculis exponere liberet, integri centones conficiendi essent.

In instrumento pacis conclusum erat pactumq; , ut Ser. ArchiDuci Ænipontano ob injustè sibi ereptam Alsatiam cum propugnaculo Rheni, oppido Brisaco, Rex Christianissimus tres Myriades librarum Turonensium in tres terminos, Anno scilicet 1649. 50. & 51. Dispartitas exsolveret, nulla prorsus retentionis conditione adjecta.

At verò ut Plenipotentiarius Gallicus ostenderet, quanta (scilicet) in DEUM & proximum pietate hoc promiserit, nomine sui Regis, & quando ad Calendas Græcas promissis stare constituerit, à quibusdam statuum sive ordinum Mandatarijs cautionem seu ut vocant Guarantigiam extorsit, qua cautum reclamantibus licet Sac. Cæs. Maj. & Domus Austriacæ Plenipotentiarijs, ut Gallus pecuniam illam promissam solvere, Civitatesq; Sylvestres ArchiDuci restituere non teneretur, priusquã à Rege Catholico instrumentum cessionis Juriũ suorum in præfatam Alsatiam, pereunte ArchiDucum Austriacorum Successione Masculina in Germania, sibi competentium ederetur. Quod tamen in d. instrumento pacis Germano Gallicæ nullibi continebatur, nihilq; aliud promissum quam Imperatorem & Domum Austriacam efficere, ut cessio illa Hispanica à Rege Catholico obtineretur, absq; ull aadjectione, si hoc obtineri nequiret, ut Gallus pecuniam promissam solvere non teneretur. Nec enim hoc necesse erat. Nam ex generali instru-

mento

mento pacis inserta Guarantigia constabat, Imperatorem, Domum Austriacam, Electores, Principes & ordines Imperij omnes & singulos obligatissimos esse, ut Regem Christianissimum in possessione Brisaci & Alsatiæ armis & viribus contrà quemcunq; defendant ac tueantur.

Qua in sententia ordinum Deputati semper perstiterant, Electorumq; Consiliarij & Plenipotentiarij supra allegato responso de 5. Octobris An. 1648. spem conceperant, *Servienum* à prætensione illa iniquissima destiturum. Sed pietas illa Gallica in Deum & proximum aliud suadebat. Jam si examinare & expendere vellemus ingens & irreparabile Damnum, quod uni alterivè Religioni addicti status seu ordines Imperij, per continuas, diurnas, nocturnasq; à Gallicana Militia factas oppressiones Templorum, Monasteriorum, Arcium, Oppidorum, Pagorum, Villarumq; devastationes, deprædationes, ac cum ista jactabunda spontanea restitutione Locorum bello & Armis occupatorum conferre libeat: satis superq; manifestum erit, Damnum acceptum multis Auri Myriadibus majus esse, quam ut cum ista restitutione comparari aut compensari queat, aut indè Gallis vel minima Gratiarum Actio debeatur.

Quin potius ipsimet Galli Germanis Principibus & ordinibus immortales debent gratias, quod tanto Annorum decursu Exercitus Gallicos per Germaniam divagari, hyberna & stativa usurpare passi sint. Utpotè quod hac ratione ingentes contrà Hispanos Militum copias colligere, illorumq; robur quaqua versus debilitare ac discerpere potuerint. Quod sanè nunquam obtinuissent, si Germaniæ Principes infida illa Gallorum auxilia è finibus Patriæ suæ maturè expulissent.

Qua Sanctitate, quo candore, pacem Executioni mandaverint, hactenusq; servaverint, Tractatus ille Norimbergensis ostendit. Cum integro propemodum Anno vix obtineri potuerit, ut copias suas è Germaniæ finibus abducerent, locaq; Armis occupata libertati suæ restituerent. Nec etiam in hodiernum usq; diem ab ipsis obtineri potuit, ut castra illa trans Rhenum sita, milite Lotharingico infessa (licet tamen Militiam Lotharingicam ab Hispanis secedentem suis adscripserint partibus) pristinis suis Dominis & Possessoribus restituerent.

Contrà expressum Instrumenti pacis tenorem, quo cavetur liberam esse de-pere Rheni navigationem: ac neutri partium (id est, nec Gallis, nec Austriacis) permittendum naves transeuntes, descendentes & ascendentes impedire, detinere, arrestare, aut molestare, quocunq; prætextu sola inspectione quæ ad perscrutandas aut visitandas merces fieri consvevit, excepta. Hara Courtius Brisaci tum temporis Gubernator, Transitum Rheni cum Pontonibus & navigijs juxtà villam Oberhusam, itemq; Limburgum, antiquitus usitatum, ac privilegijs Austriacis irmatum permittere amplius noluit, naves, Lintres & Barcas armata manu abstu-it, vallumq; quo Neoburgum oppidum Ripæ Rheni imminens, juxtaq; pacis di-positionem absq; ulla limitatione ad Archi Ducem pertinens cinctum erat, dis-ecit. præsidiumq; ibi ut imponeretur pati noluit.

In

In instrumento pacis §. Præter dictam pecuniæ Quantitaten, &c. conventum, ut Rex Christianissimus duas tertias, Archi Dux autem unam duntaxat Æris alieni Cameræ Archiducali Ensishemianæ incumbentis persolvere atq; ad distributionem istam authenticè expediendam Commissarij utrinq; deputarentur. Sed hoc à ministris Gallicis hactenus nulla ratione obtineri potuit.

Fœdus pacificum à Domo Austriaca cum Helvetiæ Cantonibus An. Dni. 1515. initum, atq; toto belli in Germania nuper gesti tempore ab utraq; parte constanter observatum, Galli jam avertere Cantonesq; omnes & singulos in renovando illo cum Regis Christaanissimi antecessoribus ad certum duntaxat tempus, salvo tamen quo Austriacis obligati erant vinculo, inito fædere, ut jam Domum Austriacam excludant, adigere cupiunt. His minimè contenti, *horrendum dictu*, ad Portam illam Ottomanicam Sollicitatores mittunt, qui crudeles istos Christianorum Persecutores incitent, ut bellum apertum Domui Austriacæ denuncient, Pacemq; seu Treugam (duris mehercle Conditionibus) dudum obtentam rumpant, quo & ipsi tanto facilius postea perniciosa sua Consilia effectum dare possint. Exemplo nimirum Francisci I. & Henrici Secundi Regum Christ. qui cum Turca contra Carolum V. Imperatorem fædera maximo totius Christianitatis damno inierant.

Subijt sanè hæc anxietas, pijssimi Imperatoris FERDINANDI III. Mentem, cum jam in tractatu Pacis Münsteriensi, spes conclusionis tolerabilis adfulgeret, ut svadentibus Dominis Mediatoribus cum Plenipotentiarijs Gallicis de Auxilio sibi contrà Turcam præstando conventionem institui vellet, ut nimirum viam tam exitiosis Conatibus præcludere posset. Optima spes apparebat, Mediatoribus bona verba dabantur. Articulus Secretus conscriptus, quo præstiturus credebatur Rex Christ. Cæsari auxilium in tum instantibus belli motibus contrà Turcam, per singulos annos centum quinquaginta millia Dalerorum Imperialium, ad sustentanda onera Præsidiorum in locis limitaneis: Sin autem præsentes Turcæ motus ad bellum apertum pervenirent, Regem Cæsari subsidio missurum Exercitum decem millibus Militum constantem.

At verò cum Articulus, ut Mediatorum interloquio conventum videbatur, ad subscribendum proponeretur, ac consentire noluerunt, nè scilicet occasio sollicitandi Turcam contra Domum Austriacam præscinderetur.

Demum & hoc beneficij præstiti loco obfuscandis prudentiorum oculis in medium adferunt. *Deberi sibi & Svecis, quod Bohemiæ Regnum sublato jure eligendi Regem, quod antiquitus penes Regni Proceres fuisset, Hæreditario inposterum succedendi jure Principibus Domus Austriacæ semper esset mansurum.*

Mirari profectò unusquisque rerum Politicarum vel mediocriter peritus

debet

debet hæc talia Auræ popularis captandæ caussa à Regis Christ. Legatis absq; omni fundamento jactari.

Nam ex actis Munsteriani Tractatus nunquam doceri poterit, Cæsarem beneficio Gallorum Svecorumvè, jus hæreditariæ successionis in Regno Bohemiæ obtinuisse. Illud potius constat, utrumq; Regem nihil magis in votis habuisse, quam ut Ser. Domus Austriaca omni isto jure de facto spoliaretur ac destitueretur. Idq; haud dubiè factum, si Svecus totam Metropolim Pragam expugnare inq; suam redigere potestatem potuisset. At vero postquam fortitèr indè repulsus, novam sibi cladem ab Exercitu Cæsareano imminere animadvertisset, coacti sunt uterq; & Svecus & Gallus impugnationem illam Hæreditariæ Successionis omittere, totumq; negocium in pristino statu relinquere. Nimirum ut jus illud Hæreditariæ successionis in isto Bohemiæ Regno Domui Austriacæ salvum illæsumq; permaneret.

Cum satis superq; tum ex Historijs, tum ex Authenticis Documentis constet, nullaq; ratione negari possit, hoc successionis jus nemini justius quam prædictæ Domui Austriacæ competere.

Nec certè ulla consideratione dignum est, quod orta illa inter quosdam Bohemiæ ordines An. Dni. 1618. rebellione, Putatitij illi Directores huic successionis juri contradixerint, sibiq; jus liberæ Electionis asserere ausi fuerint, durante licet Regum anteriorum prosapia.

Hæc enim prætensio justissimis & verissimis argumentis ac documentis refutata ac rejecta. Quemadmodum in Aurea Bulla Caroli quarti, jus illud liberæ Electionis in eum duntaxat casum restrictum esse constat, quando Regnum vacaverit ob defectum Regalis Prosapiæ.

Quod si locus dandus esset novæ huic prætensioni juxtà Gallorum opinionem, certè nec ipsusmet eorum Rex suæ successionis securus esse posset. Sed juxta sententiam Juris Consulti Francisci Hotomanni, quam in tr. suo de Juribus & libertate Regni Franciæ prodidit, ordinibus Galliarum jus liberæ Electionis cedere cogeretur, nec injuria, Quod enim quisq; juris in alium statuerit, eodem & ipso utatur necesse est.

Fortè an videri hic volunt Galli se hiscè motibus & conatibus non initio belli Germanici, sed post conclusam pacem, ortis, caussam non dedisse, id est, ut Imperator Ducem Mutinensem ab invasione Ducatus Mediolanensis dehortaretur, immorigerum & contumacem, jurisq; jurandi feudalis contemptorem armis aggrederetur, sed quam vana & ridicula sit hæc Excusatio, re & facto constat.

Nam ut suprà dictum, Mutinensis jam cum Hispanis de Amicitia invicem conservanda convenerat, sed Gallis hoc non placebat: Nam ad supprimendum Mediolanensem Ducatum nonnullis Italorum suppetijs sibi opus esse senserant.

Itaq;

Itaq; occultis ſuggeſtionibus Mutinenſem, ut ſuis ſe partibus denuò adjungeret,
impulerunt, ipſiusq; ambitioni ut locum darent, Ducem Exercitus ſui præfece-
runt. Sunt igitur & fuerunt primi Motores omnium iſtorum motuum & conatu-
um Galli. Non Imperator, non Rex Hungariæ & Bohemiæ, non Domus Auſtria-
ca, quibus hoc tantum incumbebat, ut ſe ſuosq; contrà invaſionem adeò injuſtam,
medijs tam Conſtitutionum Imperialium, quam naturæ & Gentium jure licitis
defenderent.

Nec etiam in Inſtrumento pacis cautum reperitur, Imperatorem, Electores,
Principes & ordines Imperij devinctos, obligatosq; eſſe, ut tanquam ocioſi ſpe-
ctatores Domi deſidere ac tàm diu oscitando connivere debeant, donec Galli
præcipuos Romani Imperij vaſallos, vi aut metu, dolis aut artificijs in ſuas prætra-
xerint partes, totum Circulum Burgundicum, Ducatumq; Mediolanenſem Im-
perio eripuerint, ſibiq; Belli (injuſti licet) jure ſubjecerint, Imperiumq; Romano
Germanicum in tantas redegerint anguſtias, ut tandem aliquando pedibus ſe Gal-
lorum ſubſternere cogatur. Inſtrumentum pacis non probat, Gallis licitum eſſe
bellum cum Hiſpanis cœptum infinita in ſecula continuare, Germanis verò pro-
hibitum, Jura, Feuda, Principatus, antiquiſſimo parti Imperij nexu ad ſe ſibiq; ad-
junctos ſpectantes defendere. Concluſa pace Munſterij cum Gallis Svecisq; con-
ſentientibus Hiſpanis Plenipotentiarijs interpoſitionis ſeu Mediationis officia
obtulerant, ut ſimul etiam Pax inter Hiſpanos Gallosq; componeretur. Sed fru-
ſtra: Galli primi fuerunt, qui tractationi locum dare noluerunt: contempſerunt
etiam hactenus ſummi Pontificis paternam reſtaurandæ Pacis curam. Cum Sve-
cis, cum Polonis, cum Danis, cum Hollandis, cum Anglis, cum ipſismet Turcis,
pacificationes, fœderationes, conjunctiones, pactiones ſollicitant, ambiunt, quæ-
runt, mercantur. Solos Hiſpanos odio Vatiniano perſequuntur, ut his oppreſſis
Auguſtiſſimam Domum Auſtriacam funditùs evertant.

Hæc omnia in oculis omnium verſantur. Si verum eſſet, Pacem Münſteri-
enſem, ut ajunt, juratam eſſe, ideſt, jure jurando firmatam, examinatis omnibus re-
rum poſt illam concluſionem geſtarum circumſtantijs, multò verius fractio jura-
menti, Gallis quàm Auſtriacis imputari poſſet. At Conventionem illam Mûnſte-
rienſem non expreſſo jure jurando, ſed verbo tantùm Regis firmatam eſſe, inſtru-
menta confirmationis invicem exhibita evidentèr demonſtrant, an utriusq; eadem
virtus & efficacia ſit, Juris Conſultorum ſententijs definiendum relinquimus. In
pactis tamen & fœderibus à Regibus Galliarum Franciſco I. & Henrico II. Cum
Turca contra Chriſtianos principes initis, ſolis nudis verbo Regio nitentibus
promiſſis fidem non fuiſſe habitam, ſed jusjurandum utrinq; exactum & præſti-
tum, ex Tabb. deſuper Byzantij, Calend. Febr. An. Dni. M.D. LIII. confectis
conſtat, quarum ſenſus hic eſt.

Hæc uti supra scripta sunt, Aramontius Henrici Francorum Regis apud Solymannum Legatus, totidem verbis, de more stipulatus est, solemni *Iurejurando* addito. Salernitanorum Princeps (Hispaniarum scilicet Regis rebellis) ad hæc internuncius adfuit. Rosthanes Bassa ex Solymanni Regis auctoritate ultrò spospondit &c.

Sequitur tandem conclusio Libelli Gallici, quâ Imperatorem defunctum (post ejus, ut ajunt Interitum) Filiumque Hungariæ & Bohemiæ Regem ut judicio Deputatorum se sistant, coerceri & condemnari fractæ pacis volunt.

Bone DEUS, tantamnè culpam pijssimus iste & innocentissimus Imperator apud Gallos promeritus est, ut transmigrationem animæ suæ è mortali corpore ad cœlestis curiæ arcum Triumphalem, Interitum σαρκαστικῶς censeri velint. Quasi vitam æternam amiserit, descenderitque

Virg. lib. 6. Æneid. Ad fauces graveolentis Averni.

Obstitit tamen hactenus huic superbæ postulationi præcautioni Instrumenti Pacis sub finem adjecta, qua controversia inter læsum & lædentem orta, non ad Collegium Deputatorum, sed ad amicabilem compositionem aut juris disceptationem remittitur, Trienniumq; integrum terminando negocio præfinitur. Nec enim prudentioribus S. R. Imperij Principibus visum, hujusmodi altercationibus aures præbere, priusquam novus Imperator eligeretur, totumq; Imperij corpus restauratum hujusmodi fictitijs querelis obicem ponere sufficiens esset.

Satis enim perspectum cognitumq; est, hæc talia non aliam ob caussam tanto apparatu, tanto ausu, tanto fervore, hoc rerum statu proponi, obtendi & urgeri, quam ut Principes Austriacos omnium odio exponant, à promotione ad Imperialem dignitatem excludant, Electoresque constringere possint, ut neminem alium, quam quem Galli sibi vel addictum vel imparem velint, Imperatorem renunciare audeant.

In summa, si quis expendat, quàm duras in tractanda pace Mûnsteriensi proposuerint & obtruserint conditiones, quantas deindè remoras Norimbergæ Tractatus executionis injecerint, quantas hinc indè novas contra Domum Austriacam excitaverint turbulentias, quamq; injustas postea contra eandem plenis buccis injuriarum sibi illatarum querimonias sparserint. Nihil aliud indè colligendum videtur quàm ejusmodi Buccinatores in eorum esse hominum numero

Qui ita putant. Sibi fieri injuriam, ultrò si quam fecere, ipsi expostulant, & ultrò accusant. Juxta Terent. in Adelph. Act. 4. Scen. 3.

Ad Corollaria denique conclusiva Gallorum facilis est responsio.

Ad Primum.

Abstineant ab invasione feudi Imperialis, Ducatus Mediolanensis: Restituant

ant oppida, castra, fortalitia ad eum pertinentia: deducant milites, idem mox faciet Domus austriaca.

Ad Secundum.

Ab Imperatore FERDINANDO III. Dux Mantuæ Vicarius Italiæ constitutus non fuit absolutè & simpliciter, sed secundum quid. Quatenus nimirum exercitui ad castigandam Mutinensis Ducis contumaciam, & tutandum Ducatum Mediolanensem in Italiam misso, nomine Imperatoris præesse deberet.

Exemplo veterum, Legatorum aut Propræsidum, absente Imperatore, copijs militaribus Præfectorum. Mortuo Cæsare hæc Præfectura per se exspiravit. Id tamen juris nulli Imperatorum unquam fuerat inhibitum aut negatum.

Ad Tertium & Quartum.

Constat statim post conclusam pacem Münsteriensem nec Sabaudum nec Gallum pactis stetisse, sed mox armis omnia turbâsse.

Mantuano in medio statu se continente, nihilq; aliud in aula Cæsaris, quam utius inter se & adversarios sibi diceretur, postulavit, audiatur denuò. Satisfaciant ipsi Galli & Sabaudus pro tantis intereà illatis damnis. Restituant Galli Sabaudo Pignerolum & Susa, contra Tractatum Cherascanum ipsi extorta. Hoc modo lis omnis uno momento componi poterit.

Ad Quintum.

Cæsar jus & Justitiam administravit, Capitulationi suæ conformiter. Non sequitur, Galli hoc pati nequeunt; Ergò cassandum, annullandum, irritandum, quod contra ipsorum beneplacitum decretum fuerat. Imperator non ad Leges Gallicanas, sed ad Justinianicas obligatus est juxta L. Digna vox. C. De legibus & Constitutionibus, &c.

1. Pax pax polono-svecica Olivae d. 3 Maja 1660
2 pax Germano-svecica Monasterii Westphalor. 24 paxd 1648.
3 pannonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariae ortu etc Petri de Reva 1652